



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens à Juliano Apostata Jmperatore, perducitur vsque ad obitum  
Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 384. Damasi Pap. Annus 18. Valentin. 9. Theodosii 6.  
Impp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14548**

ELICIT  
POPULI  
AB YBRI  
OB FAMEM  
XLII.  
Symmachus  
h. a. 9. 7.  
ADICRI  
EIT SYM-  
MACHUS  
ZAMER  
SACRILE-  
GIO  
\*quet  
Dio hist.  
Rom. li. 37.

Symmachus  
imp. apud  
S. Ambros.

XLIII.  
d. Ambros.  
II.  
CONVE-  
TATVE  
SYMMA-  
CHUS AD  
AMBROS.

felices, qui iam plurimum illis etiam transierant, stantes cum si-  
lio abisset: quibus velut civibus amovendum exitium deploravit,  
interruptis complurium necessitudines, disceptatis affectibus. Et  
certe arripit animi fecunditas: invectio Vrbis sola egebat frumen-  
to potuisset iuari, spererent ab Italis frumentum, quorum filij ex-  
pellebantur. Nihil hoc turpius, excludere quasi alienum, & exigere  
quasi suum. Quid illam egerit, qui de suo passus? Quid illum egerit,  
qui se passus? Seruum retines, traudis parentem: Erumentum suscipis,  
nec afflicti imparti? Vitiium extorques, nec rependis gratiam?  
Quam deformis hoc, quam male? Quo modo enim potest vile esse,  
quod non deceat? Quanto corporatorum subsistit dudum Roma frun-  
data est: potuit & illos non amittere, & euadere famem, expectatis  
venturum oportuissimum fructibus, & speratarum commectu nauium.  
hactenus Ambrosius.

De his & ipse Symmachus in epistola ad Flavianum  
tunc temporis, ut apparet, conscripserat: ubi haec a inter alia:  
Defectum, inquit, timentis annonae, pulsi omnibus, quo exerto &  
pleno vberis Roma susceperat. Fac ut his remediis consulamus:  
quanto nobis ad id propinquant, quanto illa securitas? Diu patrii, fa-  
cite gratiam neglectorum sacrorum, miseram famem pelite quam  
primum reuocentur nostri, quos? inuita dimisit haec Symmachus?  
& quidem illud facinus iure improbat, quo liberi homi-  
nes ab Vrbe ea de causa eieci fuerant: nam Augusti tem-  
pore (quod Dio testatur b) ingenti afflictata annoae pe-  
nuria, non liberi homines, sed gladiatores, venaliaque  
mancia tantum ultra octoginta millia passus ab Vrbe  
reieci fuerunt. Porro Symmachus homo versatilis, ab  
occasione deducens argumentum, eandem famem ad  
suum propositum inflectens in relatione, quam anno se-  
quenti ad Valentianum conscripsit, eidem famem ex-  
aggerans, accidit illi eam perferre conatur, quod ademp-  
ti fuerant sacerdotum redditus, atque agri Vestalium  
virginum; ita enim ait: Honorauerat lex: parcentem Vestalium  
virginum ac ministros deorum vitiu modica, iustitiam, praesidio: stetit  
munus id huius integritas vsque ad degeneres & rapaces, qui ad in-  
cedenti vilium balitorum sacra & castitas alimenta verterent. Secun-  
da est hoc factum famis publica, & spem provinciarum omnium  
mensis agris decipit. Non sunt hoc vitia terrarum, nihil impudens  
astris, nec rursus segetibus obstat, nec aenea fruges nec aut: sacrilegus  
annus exaruit. Necesse enim fuit parere omnibus, quod religionibus  
negatur, & subdit enim, ad cibum glandium & radices  
herbarum populum ob famem fuisse conuersum: ex qui-  
bus persuadere conatur Imperatori, reddi prouentus ab-  
latos deorum sacrificiisque Vestalibus, vt terra repen-  
deret, quam subtraxerat, abundantiam.

At quam scite prudenterque inania ista ab occasione  
famis deducta a Symmacho argumento refellat S. Ambrosius  
ipsum audi, dum haec ait a post nonnulla de diis: Quae autem  
equitas, vt paucis sacerdotibus dolentes vitiu negatum, nisi omni-  
bus daretur, cum inleuenter esset vindicta, quam culpa? Non  
est igitur silentia, qua tantam agritudinem mundi fallentis causa  
construerit, vt in cuiusvis segetibus solita spes anni aduli moreret.  
Et certe ante plurimos annos terrarum plura in toto Orbe sublata  
sunt. Modo ne demum diu Gentium vinit in montem suas iniurias  
vltimū ite? Propterea nec affluat cur sit Nilum inueniunt, vt vrbicorum  
sacerdotum dispendia vincant, qui non vindicant suorum? Elio  
tamē si superiore anno deorum suorum iniurias vindicatas putat:  
cur praesenti anno conceptus fuerit? Iam enim nec horum annis vultus  
radicibus rusticana plodo passitur, nec haec a siluestri explorat solan-  
tia, nec cibum de sentibus rapit, sed operum lata felicitatem, dum iustis  
suis & ipsa miratur, explevit voti satisfactione uentum, vsurarios  
nobis reddidit terra prouentus. Quae ergo iam nouum huiusmodi viti-  
um, vt vices stupet anorum? & tamen etiam superiore anno ple-  
raque, nouissimis provincias redundasse frugibus. De Gallis quid lo-  
quar solite ditioribus? Frumentum Paenoniae, quod non fecerant,  
venderunt, & secunda Rhodis fertilitatis sua nouit inuadit: nū-  
qua solent tunc esse tenues frugum ditates hostem in se exercant. Li-  
guriam Venetiam, autum frumenta parauerunt, Ergo necesse sacri-  
lego anno exaruit, & iste fides fluctibus annis effloruit. Neque et-  
iam quod Largo feru vincta reddidit dicitur: itaque & missum ven-  
raturu recepimus, & liberalioru videntis beneficium possidemus. ha-  
ctenus S. Ambrosius. Sed de aliis querelis Symma-  
chi anno sequenti.

I E S V C H R I S T I  
Annus 384.

DAMASI PAP. VALENTIN. 9. IMP.  
ANNUS 18. THEODOSII 6.

Recentissimus octogiesimus quartus Christi annus,  
Cōsulibus Ricimere & Clearcho notatur, quo Sym-  
machus (de quo nuper facta est mentio) Praefecturam,  
Vrbanam gessit, quod Imperatoris rescripta ad ipsum  
hoc anno data et testantur, licet Paulinus ad alia tempora  
eam referat. Meminit S. Augustinus de ciuimodi Sym-  
machi Praefectura, dum ait, se ab eodem Symmacho Prae-  
fecto Roma missum esse Mediolanum. Sed de Augustino  
inferius. Paulinus autem confandit Praefecturam cum  
Consulatu, de quo suo loco dicendum. Hoc itaque anno,  
quo praefecturam Vrbanam Symmachus gessit. Praetex-  
tatus magni nominis Senator, sed Gentilis, Cōsul est de-  
signatus in annum sequentem, sed infeliciter accidit, vt  
antequam Consulatum adierit, hoc ipso anno moretur.  
De tempore obitus satis liquet ex tribus Symmachi  
epistolis tunc datis de eius obitu ad Imperatores, quarum  
postrema de erigenda in eius honorem statua, sicq;  
habet g.

DD. Theodosio & Arcadio semper Augg. Symmachus V. C.  
praefectus Vrb.

Licet Vestitus Praetextatus natura lege solutus sit, viuit tamen in  
memoria & amore cunctorum: atque hoc vno punit inuidiam,  
quod tantum es mors ad gloriam conuulit, vt hinc quoque fortune  
liuor debeat inuidere, domini Imperatores. Nam praeter illum po-  
pulis Romani, infortunatum dolorem, etiam Senatus impatiens dispen-  
dit sui, solatium peti de honore virtutis, vestramque nomen precat-  
ur, vt in nostram astate mirabilem, statuarum diuturnitas tra-  
dat oculis posterorum. Non quod ille per amia terrena desideret, qui  
gaudia corporis, etiam cum hominem ageret, vt caduca calcant,  
sed quia ornamentis honorum incitatur imitatio, & virtus amula  
aliter exemplo honoris alieni. Hinc factum est, vt rusticis adhuc  
saeculo optimi quoque ciuim manu & vire formati in longam me-  
moriā mitterentur. Atque vnam hinc decori nihil facilius adu-  
larum postea derogasset, quamuis parua non sint, quae distari arte  
quaeruntur. Dignum est igitur, vt qui in pectoribus plurimorum ma-  
net sit in ore plurimorum. Ille semper magistratibus suis celsior, in  
alio temperat, in se severus sine contemptu facili, sine terrore re-  
uerendus. Cui si quod commodum successioni cunctis, id ad testatoris  
proximos mox reuertitur, qui nulla prosperis fractus est, nullis vixit  
aduersa, in doreo nescit largitatis. Ille quem semper inuitum se-  
catus est honor, cuius equitati conuenimus quisque limites suos cre-  
dit. Plura de eo velle, plura de eo debere, sed clementia vestra  
testimonio cuncta seruanda sunt. Illustrior enim laus est de celesti  
profecta iudicio. Ergo vt probitatis patrum dona temporum vestro-  
rum futuris quoque visenda proponite. Certe ille est Praetextatus, quē  
iure Consulatum feceratis, vt Fasti memores celebre nomen extende-  
rent. Alii viles fatalia laminae reparare. Abicit cum homine pre-  
miam, sed vltimum post hominem perferret. Probate, casibus ad-  
uersus gloriam nihil licere. Nam quod meruit a cibus, singulari  
est: illud multis commune quod perdidit. hucusque Symmachi  
ad Imperatores epistola de licentia erigendae statuae Praetex-  
tato, more maiorum. Non est reiecta petitio, quando-  
quidem obtinuit, quod petiit Symmachus ab Augustis,  
vt memoria Praetextati statua insigniretur: nam quae ha-  
ctenus in eius basi inscriptio integra conseruata, id ad-  
monet, quae paulo inferius reuolubatur. Erat adhuc Romae  
tunc, cum ista contingerent, S. Hieronymus sacra volumina  
Paulae & Eustochio alitque sanctissimis feminis Sena-  
toris explicans: id enim in portione nimis illa ab eo  
praesente extorquete solebant, quod ab eo etiam absente  
per litteras id facere consueverunt.

Porro Romae cum esset idem S. Hieronymus hoc tem-  
pore, idem S. Paulae explicuit psalmum centesimum de-  
cimum octauum, & centesimum vigesimum sextum, nec  
non Hebraicum alphabetum, quae extant.

I.  
SYMMA-  
CHUS  
PRAE-  
FECTUS VR-  
BIS PRO  
IDOLIS  
QVD.  
Cl. 4. de sen-  
tu. expe-  
rit. 16. 11. &  
1. 4. de ap-  
pell. C. Th.  
Aug. Cōf.  
15. 13.  
Symm. d.  
10. ep. 23.  
14. 25.

Symma-  
chi DER-  
RIGENDA  
PRAETEX-  
TATO STA-  
TVA AD  
IMPERIUM  
LIT-  
TERA.

II. Nominat...  
III. DE OFITV...  
c Hier. ep. 29.  
d Apud Al...  
e Symmac. 1. 1. ep. 18.  
f Hier. ep. 24.  
g Hier. ep. 24.  
h Rom. 12.

In hac alia etiam studiosus Hieronymi Romae agentis fuit Felicitas, Aella, & Lea clarissima genere aequae sanctissimae & iustae, quarum idem meminit in epistola ad Afellam, quae quam insigni enituerit sanctitate, ipse Hieronymus in epistola ad Marcellam declarat.

Accidit autem quod tacendum non est, vi cum sancti Hieronymus Romae agens ac docens, explicare aggredereur psalmum septuagesimum secundum, praesente inter alias S. Marcella, de S. Leax viduae, virginum praefecta monasterio, ex hac vita migratione nuncium afferretur quo tempore etiam mori contigerat Praetextatum iam Consulem designatum; hominem deorum cultorem, & Christianae religionis contemptorem, de quo illud ab eodem Damaso dictum superius alia occasione retulimus, cum ait de eo ad Pammachium scribens: Miserabilis Praetextatus, qui designatus Consul est interitum, homo sacrilegus & idolorum cultor solabat ludens B. Papa Damaso dicitur. c. Facite me Romana Urbis Episcopum, & ero proximus Christianus, de quo & saepius Ammianum memuisse diximus, cum de impiis legationibus agit ac praefectus.

Huius vero, qui hoc anno Consul designatus diem obiit, Praetextati extat eiusmodi vetus inscriptio de VETTIO AGORIO, PRAETEXTATO, V. G. ET CORRECTORI, TVSCIAE, ET YMBRIAE, CONSULI ARLEGITANIE, PROCONSULI ACHAEIAE, PRAEFECTO VRBI, PRAEFECTO, PRAETORI, ILLYRICI, ITALICAE, ET AFRICAE, CONS. DESIGNATO, LEGATO, AMPLISSIMI ORDINIS, OPTIS ET AD IMPETRANDUM, REBUS, ARDVIS, SEMPER, OPPOSITO PARENTI, PBLIC, PRIVATI, MORE, VEREDO, VT, ETIAM, STATV, INSIVS, DOMVS, HONORARE, INSIGNIA, CONSTITVA, LOCARIQUE CVRAVIT.

Porro ad hunc ipsum Praetextatum datae habentur plures epistolae Symmachi, e. Macrobius f hunc eundem Vettiam Praetextatum, Sacrorum omnium Praesulem nominat, quem & in suis Saturnalibus interloquentem inducit.

Apposite autem accedit, vt & tunc cum S. Hieronymus ad eum plalmi vettiam peruenisset: Si dicam, narrabo se, esse nationem filiorum tuorum praevaricatos sum: quod Latini codices habent, Nationem filiorum tuorum reprobande de S. Leax transitu quoque certior redderetur: cum peregrinus ille quod tractare merat inchoatus, postea vtriusque obiit Lea & Praetextati, tanquam antithesim memoriae dignam, voluit scriptis testatum posteris tradere, scripta ea de re ad Marcellam epistola g, cuius est exordium: Cum hora ferme tertia huiusmodi dies septuagesimum secundum psalmum, ad eum, tertii libri principium legere coepissemus, & interius: Repente nobis nunciatum est, sanctissimam Leam exisse de corpore: idque ta te palluisse complexi, vt vixit aut pauca, aut nulla sit anima, qua fructu vixit testis, non tristi erumpat. Et tu quidem non quod fortis incerta esse, dolbas, sed quod triste finem obsequium non desisses. Demigne in modum fabula, ut sum duduimus, reliquis eius hanc Officium possedit.

Quaeris, quo pertinet ista replicatio? Respondebo tibi verbum Apostoli h: Multum per omnia modum. Primum, quod vniuersorum gaudium profuenda sit, qua calcato diabolo, coronam iam securitatis accepit. Secundo, vt eius vitabreuerit explicetur. Tertio, vt designatum Consulem de suo seculo detrahentes, esse docemus in tartaro. Et quidem conuersionem Lea nostra quae post digno alleuare procoio? Ita cum totam ad Dominum fuisse conuersam, vt huiusmodi princeps mater virginum fuerit, post molliorem vestium facio uocata a trianga, insonans orationibus duxisse noctes, & ceteris suis plura exemplo docuisse, quam verbum Humilitatis fuit tantumque subiecta, vt quondam domina plurimorum, ancilla omnium poteretur, nisi quod eo Christi magis esset ancilla, dum domina hominum non potatur. In aula vestis, vili cibis, neglectum caput, ita tamen, vt hanc omnia faceret, ostentationem superet singularum, ne reperit in praesenti saeculo mercedem suam. Nam igitur pro breui labori aeterna hereditasine fruar, excipitur Angelorum choris, Ab abae i iudibus conuocatur, & cum paupere quondam Leaxo dititum purpuratum & non palnatum Consulem, sed atratum, stilla

digitu inuoritur carum in quere. Porro talis dies S. Lea, quo et hac vita migravit in caelum, perpetuo monumento adscriptus afferatur in publicis Ecclesiae tabulis XI. Kalen. Aptili, annis singulis praerogio publico celebratur. Subdit vero Hieronymus:

Quanta verum mutatio, ille quem ante paucos dies degenatum equum, culmina praecedant: qui, quasi de subiectu hostium tripharet, Capitolinas descendit arces: quem planis quodam & tripudis populus Romanus excepit: ad cuius interitum Urbis vniuersa commota est: mure desolatus & nudus, non in laetitia calis palatio, vt vixor mentitur infelix, sed in sordentibus tenebris continetur. Hac vero, quam vnius cubitali secreta vallabant, qua pauper vultuatur & tenuis, cuius vita putabatur amentia, Christum sequitur, & dicit: Quaeconque audiuimus a te & vidimus in ciuitate Deo nostri, & reliqua, erat aequae impia aequae vit eius, vxor Praetextati, nomine Paulina, cuius hic meminit Hieronymus: quod sequens tibi inscriptio declarat:

FABRIAE ACONIAE, PAVLINAE, F. FILIAE, ACONIS, CATVLLINI, V. C. EX. PRAEF. ET. CONSVLIS. ORDIN. VXOR. VETTII. PRAETEXTATI, V. C. PRAEF. ET. CONSVLIS. DESIGNATI. SACRATAE. APVD. ELEVSINAM. DEO. SAC. CHO. CERERI. ET. COR. SACRATAE. APVD. LATERNAM. DEO. LIBERO. ET. CERERI. ET. COR. SACRATAE. APVD. AGINAM. DE. BVIS. TAYROBOLITAE. ISTIAE. C. HIEROPHANTRIAE. DE. A. HICATAE. GRAECO. SACRATAE. DE. CERERIS.

Hac, inquam, Paulina magna sacerdos, inani quadam iactantia, in iudicium Christianorum, effutiebatur virum suum Praetextatum inter deos esse receptum; quod deridet S. Hieron. atque subannat. Meminit eiusdem Paulinae coniugis Praetextati Symmachus ad ipsum scribens m. Sed & attexamus his alia de eadem Paulina vetera in Vrbe haud pridem reperta monumenta, atque illud in primis:

FABIA, ACONIAE, PAVLINA, FILIA C. CATVLLINI, V. C. EX. PRAEF. ET. CONSVLIS. ORDINARI, VXOR. VETTII. AGORII, PRAETEXTATI PRAEF. ET. CONSVLIS. DESIGNATI SACRATAE. DE. CERERI

Et alia in basi nuper statuae repertae in hortis Federici Caesii m:

COLLE CONCORDIAE VIRGINI VESTALI MAXIMAE FABIA PAVLINA C. STATVAM FACIENDAM COLLOCANDAMQUE CVRAVIT CVM PROPTER EGREGIAM EIUS PVDICITIAM INSIGNEMQVE CIRCA CVLTVM DIVINVM SANCTITATEM TVM QVOD HEC PRIOR EIUS VIRO VETTIO AGORIO PRAETEXTATO V. C. OMNIA SINGVLARI DIGNOQVE ETIAM AB BVIVS MODI VIRGINIBVS ET SACERDOTIBVS COLI STATVAM COLLOCARAT.

Hae ipsa inscriptio, vbi primum eam legi, in memoriam reuocauit, quae Symmachus habet in epistola ad Flavianum; dum quid actum fuisset inter collegas Pontifices, cum de collocanda atque dicanda eiusmodi statua rogarentur sententiae singulorum, quidque ipse sententi eade re, his verbis ad eum scribit o:

Praetextato nostro monumentum statuae dicere desinant virginis sacri Vestalis antistes. Consulti Pontifices, praequam reuerentiam sublimis sacerdotum, aut longe aetatis usum, vel conditionem temporis praesentis expendere, absque patris, qui sui secuti sumus eius officium stauerunt, aduenerunt. Ego qui aduertent noque honestati virginum talia in viros obsequia conuenire, neq; more fieri, quod Numa auctor, Metellus conseruator religionum, etiamque Pontifices Maxima nonquam ante meruerunt: haec quidem stili, ne sacrorum amulsi enuntiata noxam crearent. Inuiatum

VII. OBITU...  
P. AL. 47.  
DE PAULINA...  
L. LAERHAM

m Symmac. 1. 1. ep. 18.

\* Caesi in Escripsi Philip. Vigum Le-natum.

o Symmac. 1. 1. ep. 16. VII.

in deca-  
tis

PRÆ-  
STATI  
ONIS  
CAUSA.

in Dio his-  
toriam.

VIII.

IX.

b. Ambrosii.

consentibus, exemplum modo vitandam esse rescripti, ne res iusto  
ora principio, breui ad indigni per ambitum perueniret. Ne  
longum loqueri, ipsa verba ad te misi bonis probata, sed numero  
fortasse vitanda; licet decretis Pontificum non sic eadem for-  
ma, que Curia est: sed hoc quoque parum facit infamia. Quod  
si tu ades, multum duorum sanctorum promouet, haec tamen de  
his Symmachus ad suum aequum Ethnicum Flavianum, de  
quo plura suo loco. Sed ex superiorum inscriptioe vides, in  
ipso collegio Pontificum, inuito & contradicente Sym-  
macho, concessum fuisse Maxime Vestali statum erige-  
te Prætorato. At hæc occasione Pauline de viro suo hoc  
anno defuncto inaniter prædicantis in celum inter deos  
esse receptum, dicta sunt. Credimus quod & conie-  
ctura facile persuadet eundem Prætoratum merore  
confectum ea de causa ex hac vita esse sublaturum, quod Im-  
peratores, factis deorum penitus exploratis, impensas quo-  
que ad illa peragenda ex publico cõferti solitas abutulis-  
sent, quin & redditus Vestalibus virginibus antiquo iure  
debitos pendere vellent: de quibus omnibus pluribus egit  
Symmachus. Cum igitur Symmachus Urbana fungen-  
retur Præfectura, libellum misit ad Valentinianum Imp.  
pro restituendo damnato legis Gratiani deorum cultu:  
extat ipse titulo Relationis Symmachi Vrbis Præfe-  
cti. Opportuna quidem homo deterrimus vsus est occa-  
sione obitus Gratiani, & Maximi tyrannidem exercens:  
cum Valentinianus puer timore exagitatus, omnes timens,  
exemplo fratris monitus, qui milites expertus fuerat: de-  
sertores ac proditores, nihil non concessurus esset magi-  
stratibus. Verum ut vires petitionibus Symmachus adde-  
ret, Senatus nomine se agere professus est, & non apud vnu  
Valentinianum, quin etiam apud Theodosium atq; Arcadium  
filium eundem que Imperatorem; seque duplici  
numere, nempe Præfecti atque Legati, causam tractare,  
ipse docet his verbis: *Ut Præfectus vester Gestis publica profo-  
quor, & ut Legatus civium mandata cominendo, sed quid petiit:  
illud in primis & generatim, cum ait: Reperimus religionum  
statum, qui Republica diu profuit, speciatim vero, ut conce-  
dat reparari aram Victorie: erat hæc in Capitolio, de qua  
Dio a: Fulminata namq; permulta deciderant, quibus flammis, cella  
Iouis Capitolini, que erat in templo Victorie, tanta fuerat, hæc  
ibi verum creditur textus inuersus, ut vellet dicere actam  
esse cellam Victorie, que erat in templo Iouis Capitolini:  
nam non cella, sed templum, illudque maximum fuit  
Iouis Capitolini. Alia etiam erat in Curia ara Victorie,  
de qua Herodianus, Curia ingressi, sic ut vltra quos, aram Vi-  
ctorie penetrarent, cum alioqui & alia in Vrbe fuerint mo-  
numenta Victorie dedicata: nam à Sex. Rufo in Regio-  
ne, Alta senita, dicta, ponitur ædícula Victorie; sed & in  
Regione ad templum Pacis, fuisse dicitur arca seu ara Vi-  
ctorie, & ab alijs alibi ponuntur alie.*

Verum ad Symmachum redeamus. Petit quoq; red-  
di Vestalibus stipendium ab aliis conuictum Imperatoribus  
exhiberi, quod vendicauerat sibi Fiscus, reddique  
agros ipsidem virginibus & templorum ministris testa-  
mento relictos; vt que in posterum liberum esset cuique,  
quid vellet ipsidem deorum Sacerdotibus testamento re-  
linquere.

Hæc perferentis S. Ambrosius, festinans occurrit,  
intercessitq; ne quid extorqueretur ab adhuc puero Im-  
peratore: cui litteras dedit, quibus tum primo illud in-  
gessit, nullum alium esse Deum quã quem coleret Chri-  
stiana religio, deosque Gentium vere esse demonia; ab-  
horereq; debere Christiani Imperatorem nõ solum ab  
illorum cultu, sed & ab omni, consensu, quo diis sacra per-  
agi permittantur; & quam longe abesse oportere, vt eius  
præcepto ate dirite restantentur, sumptusque ad per-  
agenda sacrificia redderentur: reuocatur eadem in me-  
moria, quanta Gentiles aduersus Christianos eorumq;  
Ecclesiis sub Ethnicis Imperatoribus perpetrassent: ne  
rescindat, admonet, quod à Gratiano piẽ nouerit esse sta-  
tutum: *At cum per totum b, inquit, fore Orbem à pluribus re-  
tro Principibus inhibita, inter dictas, sine Roma autem à fratre cle-  
mentia tua angusta memoria Gratiano fidei vera ratione sublata  
sint, & datur antiquata rescripti: ne, quosq; vel fideliter statuta cõ-*

uclat, vel fraterna præcepta rescindat. De negotio ciuilibus quid  
statuitur, nemo putat esse tenendum; & præceptum de religione  
calatur? sed & ne clarissimi viri Symmachi moueretur  
auctoritate, illud inculcat: *Deferendum merito clarorum  
virorum & ego funder, sed Deum certe esse omnibus præferendum.  
Si de re militari est consulendum, debet exercitari in pralis viri  
expellari sententia. Quando de religione tractatur est, Deum cogi-  
ta. Nullum inuira est, cui Deus omnipotens auferatur, &c. Il-  
ludque vehementer cauendum ingerit, ne putet ab vni-  
uerso Senatu rogari, quod per Symmachum peteretur;  
sed male ab eo viurpatum esse Senatus nomen, quod à  
Gentilibus tantummodo Senatoribus constaret esse de-  
cretum: cui si quis Imperator Christianus annuissit dice-  
retur, talem hæc ex parte reprehensione existimari debere  
dignum. Ceterum à pucis Senatoribus Gentilibus eam  
docet factam esse suggestionem, ipsam veto Curiam ma-  
iori numero Christianorum esse ceteram; quibus refra-  
gantibus, talia illis indigna Christiani Imperatoris auri-  
bus ingessisse.*

Admonuit insuper, vt petitionẽ illã deferat ad Theo-  
dosium Imperatorem, vt rem grauisimam, neque absq;  
illius arbitrio decernendam; vtq; in causa religionis Epil-  
scopos consulat. Petit & relationis exemplum, quo re-  
spondeat, vt ita consultus Theodosius vtique; patris iu-  
ra perpenderet. Quod si petita ab Episcopis religionis  
defensionem Valentinianus ipse impertire negliget,  
quid Ambrosius eidem cõminatus sit, audi. *Certe inquit e-  
st, aliud statuitur, Episcopi hoc aquo animo pati & dissimulare non  
possunt. Licet tibi ad Ecclesiam conuenire, sed tunc non inuenies  
Sacerdotem, aut inuenies resistentem. Quid respondebis Sacerdoti  
dicenti tibi? Mimetis tua non querit Ecclesia, quia templa Gen-  
tilium numeribus adornasti. Ara Christi dona tua respuit, quoniam  
aram simulacris fecisti, &c. Sed & ne Valentinianus in de-  
fensionẽ erroris, suam pueritiam excoleret, Ambrosius ista  
subiungit: *Quid respondebis his verbis? Puer esse te lapsus? Omnis  
etas perfecta Christo est: omnis Deo plena pueritia fides comprobatur:  
parulis etiam Christum in rebus aduersus persecutores ore con-  
fessi sunt. At hæc omnia Ambrosius non tam ad Valenti-  
nianum, quam ad Iustinam eius matrem, cuius arbitrio  
ipse moderabatur Imperium, voluit esse dicta, atq; plenius  
innotescere.**

Misit petita Valentinianus ad Ambrosium Symma-  
chi petitionis libellum; quem ipse contrariis scriptis ita  
redarguit & cõfatur, vt absq; petenda dilatione Am-  
brofio causa adiudicata fuerit: de qua victoria illud extat  
elegans Ennodij distichon:

*Dicens palmam Victorie tollit amico;  
Transit ad Ambrosium ipsius fauetira dea.*

Sed & Aurelius Prudentius vir Consularis ad eandem  
Symmachi relationẽ egregium poema conscripsit, eun-  
demque lectum in duos libros, quorum priori deorum  
Gentilium vanam mendacemq; superstitionem redar-  
guit & scite confutat, Crucisque potentiam ac gloriam  
prædicat, cuius virtute Roma à prauorum demonũ do-  
minio vindicata surrexerat; posteriori vero, quã à Sym-  
macho suggesta essent, dilate refellit, penitusq; dissoluit.  
Ceterũ poema illud sub Honorio Imp. à Prudentio esse  
elaboratum constat, vt suo loco dicturi sumus. Sed miro  
quodam Dei consilio his temporibus accidit, vt idem ip-  
se, qui pro Vestalibus virginibus tanta cum laude apud  
Imperatorem Symmachus egit, eorum Primigenia, siue  
diximus Vestalium primæ lapsi vehementer oportue-  
rit pudore suffundi; de cuius inferendo antiquo ritu sup-  
plicio, idem ipse quasi factorum acerimus vindex mag-  
nopere laborauit, extant de his duæ eiusdem Epistolæ,  
quarum prior sic se habet d:

*Mare institutosq; maiorum, incestum Primigenia\* dudum a-  
pud Albam Vestalium Antistius, collegi nostri disquisitio deprehen-  
dit; quod & ipsius que contuminauit pudicitiam sacram, & Maxi-  
mi, cum quo nefandam facinus admisit, confessionibus claruisse, Ges-  
ta restantur. Restat, vt in eos, qui carinonias publicas abominan-  
do scelere polluerunt, legum seueritas exercatur. Qua tibi actio de  
proximi temporis exemplo seruata est. Et ideo dignaberis, Repu-  
blica vtilitatem, leges, considerans, facinus cunctis vsque ad hunc*

X.  
QUAM CAV-  
TE AGAT  
AMBRO-  
SIVS.

c. Ambrosii.  
ep. 30.

XI.

MAXIMÆ  
VESTALIS  
LAPSVS.

d. Symmachi  
l. 9. ep. 118.

XII.  
\* Primo-  
genia  
SYMMA-  
CHI APUD  
DE LAPSV-  
M VESTALIS.  
\* c. cxxxvii  
tut



dem seculi fuerunt vindictam, competeret vltima. Vale. ita Symmachus vnus ex Pontificibus ad Vrbis Praefectum, quem in facinus cupit vltorem insurgere, vt declarat postea eiusdem Symmachi scripta litterae: quibus pariter intelligas, ita Pontificis Maximi agendi more patrio & iure antiquo aduersus huiusmodi facinorosos reos, ab Imperatore collata fuisse in Praefectum Vrbis. Epistola autem sequens hie se habet:

Secundum proxima atque exempla, clarissimo & excellentissimo viro fratri nostro Praefecto Vrbis Primitogenia virginis, quae sacra Albana curabat, a collegio nostro vindicta delata est, sed quia litteris eius causae probabiles asseruntur, quod neque mirum Verbum a terra tanti criminis reum sui se intrare, neque ipse ab longinqua possit occurrere, cum factus, vbi admissum est, debet expiari: necesse esse persequitur potestatem finitimi conuenire, & cur praenunciatum in a mandata sunt, in Primitogeniam, quae pudat criminis maculam arcana, corruptoremque eius Maximus, qui quidem fugitum non negant, sententia superius huiusmodi criminibus ceceatur. Dignaveris igitur, consideratis confessionibus, quae in sanctis criminis tragediae prodiderunt, inuicem castissimi saculi reuerentiam supplicium vindicare, haec enim Symmachus. Quale autem esse solet supplicium coeoptis Vestibus inogandum, diximus in Notis ad Romanum Martyrologium. Haec quidem contigit post relationem Symmachi, atque S. Ambrosii repositionem ex eo facile possimus intelligere, quod cum ab aliis in septem illas Virgines (necesse enim hunc numerum excedebat) idem exprobrat, & tunc tantum in eisdem facinus exagellare minime praetermississet, id exigente pondere magne causae, cuius pro Christianorum parte fore patrocinium suscepisset. Sed reliqua huius anni ad Symmachum pertinentia prolequamur.

XIV. Hic item anno, cum idem Symmachus (vt dictum est) Vrbis Praefectum ageret, aduersus ipsam a quibusdam Imperatores libellus accusationis allatus est, quoque querebantur, Christianos ab Ecclesiis auulsos, coniectos fuisse ab eo in carcerem; insuper Episcopos & vicinos civitatis ab eodem petros in vincula esse coniectos. Res quidem primo auditu sacrilega, quae aures Valeriani plurimum offendit, cuius animus in eundem magnopere concitatur; recedensque iussit vinctos liberos relaxari, ipsamque Symmachum diuini intercepit. Relatio haec contra Symmachum forte ab schismatico aliquo profertur, qui Vescino fauere: eum n. contra legem exilij vna cum suis Romam hoc tempore se contulisse, paulo post dicimus. Qui igitur schismaticis obstiterit, in Christianos seculi, falso delatus est. At quid pro sui defensione Symmachus h. ipse rescripserit, videamus.

DDD. AAA. Valentiniens, Theodosio, & Arcadio Symmachus Praefectus Vrbis.

XV. Scio quidem, natura humana vitio, probitatem subiacere luctu: sed miror eo progressas insidias amulorum, vt ex do mendacio insontis fama peteretur, DDD. IMP. Quid enim non audiant, quibus intentatum relinquant, qui in aere terrarum Christiani a quoque inuicem vindicta fama sint exornati? Etenim, credo, scena istius fabricator, cum de Ecclesia penetralibus rapto ad tormenta simularet; cum de longinquitate de finitimi vrbis dicit a iustitia in vincula deferret. Neque enim fecerunt clementia vestire animi sine huiusmodi compulsi sacro edito populum conuocare, vt afferrentur, quam pietati vestra nisi est, litteris, & scilicet, quem sine acribus legibus, argueret. Ecce huiusmodi quisque ille est, casus fallaciae huius, qui sub occasione ista inquisitione, qua me cultum spectatorum in uentum inuigilare insidias, & agere quaestiones de mysterio Catholicae iustitiae agitatae. Respondent litterae Episcopi Damasi, quibus asseruntur eiusdem religionis neque aut vltimam contumeliam perulisse. Non magno opere officij mei praetexto rescripta; a quo illo quaesita est rerum fides, ne factum aliquid reuocacionem quaestorum effugeret.

XVI. Credatur eius legi Antistiti, quae lesa simulatur. Credatur Praefecto, qui perennitatis vestrae aduersum uelictio, miratur in procipta creditum, quod Roma nescit admissum. Omissio inuicem Praefecturae & conscientiae meae: quanta ea praecipis infimul-

lato, vt vos quoque ipso auulsi honoris mei quadam reprehensione perstringat: nam qui summi loci iudices decolorant, sciri vltimamque facilitatem videntur inesse. Laudandum me Diuino genitorum inuicem honore dignatus est, ille meritorum arbitri singularis, cum Imperium cum moribus recepisti. Paternam sequere, tum tuere iudicium. & post aliquo: Vnum illud, inquit, adpici, vt me perennitatis vestra necessitate inquisitionis eius absoluit, cum auulsi honoris referri ad serua Palatina insidias. Nam si eorum de me improbi licuit exante praecipio: quid retrahat litteris non licebit? Sane laudatis viro Episcopo denegante illum e suis aut carcere, aut vinculis attineri, & Officio eadem suggerente, ignoro, quos potissimum praecipis absolui. Tenent quidem leges variorum criminum reos; sed, vt compari, a mysterio Christiana legis alieno. Quid igitur ataritas vestra decernat, de huiusmodi oportet, &c.

Intelligis ex his ad huc vsq; annum etiam, quo Symmachus Vrbis Praefecturam gerebat, Damasum Romanum Pontificem fuisse superfluum: vt & hinc cognoscas Marcellinum Comitem in Chronico errore lapsam, dum ante biennium sub Consulatu Antonij & Syagrii, mense Octobris, Damasum defunctum ponit. Obiit vero ille hoc anno, tertio Idus Decembris, quo die natalis eius inter sanctos adscriptus antiqua memoria persequatur: quem iam prope octogennarium decessisse, auctor est Sanctus Hieronymus, qui (vt vidimus) Romae apud eum hoc tempore agebat, nec nisi post eius ad Deum migrationem ab ire recessit. Consulitur itaque Prosper in Chronico sub huius anni consulis collocat in latetulo obitum Damasi, licet mendose pro suffecto Siricio Vrbis vicinis legatur: abique enim aliqua controuersia electum fuisse Siricum, paulo inferius dictum sumus.

Sed vt quae sunt temporis, firmius stabiliantur, ex alia quoque ratione deducimus hoc anno Damasum decessisse. Cum enim conlter ex his, quae superius dicta sunt, S. Hieronymum vna cum Paulino & Epiphano venisse Romanam, Antonij & Syagrii Cons. anno Dominice recemtesimo octogesimo secundo, idemque dicat e pene triennium Romae mansisse cum Damaso, nec inde recessisse, nisi ipso defuncto: cumque liqueat mense Augusti 8 anni sequeutis ex Vrbe egressum esse: vti que affirmare opus est, hoc anno mense Decembris Damasum ex hac vita migrasse. Obiit igitur hoc anno, dicta die vndecima Decembris, cum sedisset vsq; ad annum decimum octauum inchoatum per menses tres minus diebus quatuor: nam qui vidimus sedere cepisse anno Domini trecentesimo sexagesimo septimo; die decima quinta Septembris, per eum aliquid vsque ad praesentem annum, diemque vndecimam mensis Decembris, dictam temporis periodam impleffe cum oportuit.

Extant Aetia Damasi in Ecclesia olim recitatae solita apud nos in duobus codicibus peruectis, nempe quinto atque decimo tomis VV. SS. exhibet eadem codex Vaticanus, & alius S. Mariae Maioris, quem vidimus, & in quibus ad finem haec legitur: Vt plura praeteriam, ea nullo modo reticere, quia Petrus sedis Apostolicae diaconus in sermone, quem in honorem beati Damasi tenuit, in eiusdem Titulo contigit commemorat. ait ipse fratris praefati Tituli: iam crebro, frater, vultu huius demonia effugata, sibi uicentium corpora sanata, & quod manu est, clypeos & contraitos extensos, vt nuper visum est in homine insequi vestigiorum priuato: qui huius ante fere Ecclesiae positus, cum non desideret se sanatum esse, ceterum per se cepit sustinere acule lignis repere, quatenus huius potuit pertinere: cui sic demum (vt ipse pressus est) lux ex improbo accendit, reulit lampas effulsi, & alio postquam vestigia reparauit. Quod vero sequitur, non solum scriptam Tituli, verum etiam plura declarant. Euenit duo homines non semper sana mentis, quos medicos lunaticos vocant, ipsam Basilicam frequentantes, & vt salutem reciperent, beatum Damasum continuum praecibus exorantes. Quodam itaque die uenientes ante sepulchrum eius se prostrauerunt, lacrimantes plus solito, Deum sericorum diem per Sancti Damasi subsidium implorantes: cumque, eructer hoc facerent, exauditi sunt, & recuperata salute, Dei magnalia praedicabant; at-

a Symmachus l. 9. ep. 119. XIII. Vbi in celsitate Praefecturae

semper exterratur

XIV. NOVA QUERELA ADVERsus SYMMACHUM.

b Symmachus l. 10. ep. 34.

XV. SYMMACHUS LITTEAE AD VALENTINIANVM.

XVI.

XVII.

XVIII. DAMASI OBITIUS TEMPT.

XIX.

e Val. 1. 70. San. 1. pag. 55. MERAC. LA. 1057. OBITIUS DAMASI PAPAE.

qui percepti beneficij non immemores, coma capitis detonsa, omnibus diebus vite sua ipsorum in eodem loco Domino seruiant. Hac autem miraculose beato Laurentio martyri, alij beato Damaso deputant confessori: nos autem in miraculo non diuidimus, quos una patria genuit, una Ecclesia (nempe Romana) promouit, una basilica colit in terra, unus Dominus honorat in caelis, haec auctor. Supererat adhuc aliqui addicti Vitae n. i., qui Damaso, licet defuncto, tantam gloriam inuidei teo, dicerent, non meritis Damasi, sed intercessione S. Laurentij ea patrari miracula. At eius intercessione miracula facta esse, qui reperitur ab aegrotantibus innocatus, quis dubitat? saepeque Deum per confesorem imperititi complura, quae a martyre accipi minime valuerunt, idque ob illustrandam memoriam confessoris fieri, plurima exempla declarant. Tu de his interim consule, quae S. Augustinus habet in Epistola centesima decima septima, ubi agit de S. Felice Nolano confessore vltore perituri. Ceterum qui post mortem miraculis conuulsant, viuens quoque ipsidem ad Deo insignitus est, quorum vnum & peninsigne quidem ex eodem fonte hic describimus:

XX. MIRACULUM DAMASI VALENTINIS EPISCOPI.

Dum adhuc itaque superstes in vita Damasi esset, illud ab eo in eisdem Actis miraculum editum legitur: nimicum, caecum annis tredecim, oculorum luce penitus orbaturam occurrisse Damaso redeunti e Basilica Vaticana, ubi super altare Petri Apostoli Missam celebrabat: magnaque fide clamasse, vt eius ad Deum precibus illuminaretur. Cum Damaso aliquantisper cunctabundus, fide tamen petens victus, signauit oculis eius signo Crucis, illa adiciens verba: Fides tua te saluum faciat. Et confestim aperti sunt oculi eius, & vidit, & Deo gratias egit, eique sanctissimo Sacerdoti Damaso. Haec, inquam, ex dictis Actis eius antiquis scriptis. Putamus quidem eiusmodi tunc diuina virtute editum esse miraculum, quo populus Vlticini diuisus schismate, eo saltem signo, qui legum sacrum sancta non noilet, perspicuo intelligeret, qui verus legitimusque Prouisus esset, illumque verum esse non dubitaret. Antititem, cui Deus eo signo fuerat suffragatus.

XXI. DAMASI SCRIPTA.

At no inter sanctos damtaxat Damasi miraculis claris adnumerat, sed & inter scriptores Ecclesiasticos a S. Hieronymo recensetur, multaque metro edidisse traditur, sed & de Virginitate plures scripsisse libros tum carmine, tum soluta oratione, superius eiusdem Hieronymi testimonio dictum est. Porro aureas illas de Virginitate lucubrationes ad sanctam fororem virginem, Irenem nomine, a Damaso scriptas fuisse putamus, quae & defunctam eiusmodi profectus est Epitaphio, quod diu latens, Dei beneficio his diebus in lucem emerit, sic loquitur:

EPITAPHI VM S. IRENE SORORIS DAMASI PAPAE. Antiqua scripta in Apollon pag. 1172. n. 10.

Hoc cumulo sacra Deo mone Membra quiescunt  
Hic soror est Damasi nomen si quis irene  
Venerat hac sese Christo cum vita maneret  
Virginitate meritis Sanctus pudor ipse probaret  
Bis denas hyemes nec dum compleuerat atas  
Egregios mores vultu praecesserat atas  
Proposuit mentis putat veneranda puella  
Magnificos fructus dederat melioribus annis  
Te Germana soror nostri nunc resti amoris,  
Cum fugeret mandatum dederat mihi vigum honestum  
Quem sicut cum raperet melior tunc regia caeli  
Non timui mortem caelo quo ad libera adiret  
Sed dolui fatore consortia perdere vita  
Nunc veniente Deo nostri remissere virgo  
Vt tua per Dominum praesertim mihi facula lumen. Visuntur adhuc Romae ipsius nonnulla Epigrammata matryram sepulchris incisa, sed ex eis perpaucis integra. Ex quibus (vt aliquid degustes) hic tibi reddimus vnum, quod integrum habetur in titulo Equitij.

Martyris hic tumulus, magno sub vertice montis  
Gorgonum retinet, seruat qui altaria Christi.  
Hic quicquam, venit, sanctorum lamina quaerat,  
Inuenerit vicina in sede habitare beatos,  
Ad culum pariter pietas quos vixit euntes

Annal. Eccl. Tom. 4.

Damasi Episcopi. Sed quod Deus dedit his diebus in lucem affecti, quae diuini in tenebris latere eiusdem Sancti Damasi complures inscriptiones, easdem hic vel alibi in Annalibus suis locis affigere volumus, vt tanti patris vel apex non effugiat. incipiamus ab Eutychio b:

Eutychieus martyr crudelia iussa tyranni  
Carissimumq; vias pariter tunc mille nocendi  
Vincere quid potuit monstravit gloria. CHRISTI  
Cavere inlucem sequitur noua pena per artus  
Testarum fragmenta parant in fornax adiret  
Essent transire dies alimenta negantur  
Mittitur in horatrum sanctus lauat omnia sanguis  
Vulnera qua tolerat turbant insonna mentem  
Oscendit latebra insonis qua membra tenet  
Quaritur inuentus colitur fouet omnia praestat  
Expresit Damaso meritum venerare sepulchrum. Haec enim Damasi Epitaphium de Sancto Eutychio martyre, quod non in antiquis chartis tantum contigit asseruari, sed & in ipsa etiam marmorea tabula in qua primum fuit incisum, quae exrat in Ecclesia Sancti Sebastiani ad Catacumbas. Accipe & eiusdem Damasi Epigramma de Tarificio martyre factam Eucharistiam egitante e:

Par meritum quicumq; legi cognosce duorum  
Quis Damaso factor titulos post premia reddit  
Iudaeus populus Stephanum meliora monentem  
Percolerat faxio tolerat qui ex hoste Tropaeum  
Martyrium pro munus rapuit Lenita fidelis  
Tarificum sanctum Christi Sacramenta gerentem  
Crem male sana manus perjeret pulgare profanus  
Ipse animam potius voluit dimittere casus  
Prodere quam canibus rabida uelista membra. haec enim hic de Damasi Papae uersibus. Quae uero fertur nomine Damasi breuiter tetra series Vitarum Romanorum Pontificum, alcerius potius, quam ipsius esse opus, alibi diximus, ac saepius inculcauimus.

Quae autem de eodem Damaso in ipso libro Romanis Pontificibus scripta habentur (explosis his, quae mendacij arguuntur, vt quae dicuntur de temporibus Iuliani, de Episcopatu Vlticini, & aliis) haec sunt: nempe, duas basilicas ipsum exaedificasse, alteram ad Theatrum Pompeij. Extant adhuc de eadem basilica eiusdem Damasi insignia monumenta, nempe antiquae inscriptiones ibidem ab eo tunc posita, quae diu obliuione sepultae, ueluti postliminio reuocatae, suum recipiant locum, sic enim se habent d:

Hinc pater exceptor Lector Lenita Sacerdos  
Creuerat hinc meritis quoniam melioribus actis  
Hinc mihi promouit Christus cui summa potestas  
Scdis Apostolica uoluit concedere honorem  
Archidite fator uoluit nona condere tella  
Addere praeterea dextra laetaq; solamina  
Quis Damasi tenent pro, ritum per secula nomen.

Ibidem.

Non mirum est fallax nimium quod flamma minatur  
Martyris ac corpus nil nocitur a cremat.  
Namq; docet fidei magnam sine vindice pena  
Ad caelum medius ignibus esse viam  
Hunc etenim fructus martyr Laurentus ignem  
Et meritis summis ne moriatur agit.

De eadem Ecclesia.

Quisquis plena Deo mysteria mente requirit  
Huc acceda domus religiosi patris.  
Haec sunt tella pio semper deuota timori  
Audistumq; Deus commodat hic praecibus  
Ergo letibis aris propra compescere sensus  
Lam propra a fact as letui adire fores  
Vt transecta quae deponere crimina uita  
Et quaequid scelerum nexu error habet  
Attica felici magni clarissima conuice  
Sanctibus hoc propriu adificauit opus.

EUTYCHIE MART. b Antiq. inscrip. in Apollon pag. 1172. n. 13.

TARIFICI MART. c Antiq. inscrip. in Apollon pag. 1174. n. 2.

petere vulgare.

XXII. REE GERARDI DAMASIO.

DES LAVARENTO IN DAMASIO DICTO d Antiq. inscrip. in Apollon pag. 1144. n. 11. 12. 13. c pag. 1177. n. 3. ARGHIVIS.



Aliud.

Verbera carnisificas flammis tormenta catenas  
Vincere Laurenti sola fides potuit.  
Hæc Damasi cumulat supplices altaria donis  
Martyra egregium sufficiens meritum. hæc ibi de basi-  
lica S. Laurentij. Porro constat eundem Damasum con-  
struxisse via Ardeatina alteram: exornasseq; locum ad  
Catacumbas: vbi aliquando iacuerant corpora Aposto-  
lorum; struxissetq; ibi platoniam, & Epitaphium confcri-  
psisse.

XXIII.

Quod vero ad platoniam pertinet: A do legit Placoma,  
nostra manufacta Placoton habent, & quidem rectius:  
per quod puro intelligi Ecclesie pavementum tabellis  
marmoris variis figuris decore stratum. Tradit enim  
Zonaras in Constantino Magno, ab eo Constantinopoli  
extructam fuisse fori, quod Placoton nominavit; ex eo,  
inquit, quod ex tabellis lapideis intratum esset. Porro  
hinc usque modi ornatu, & summa quidem impensa iterni  
consecuisse olim Ecclesiarum pavementa; quæ adhuc ex-  
tant integra, vel aliqua ex parte dissipata, demonstrant.  
Quod si Platoniam legendam contendis, vralis pleiisq;  
in locis idem nomen invenitur expressum: quid per pla-  
toniam intelligendum sit, v. veritatem valeas certius af-  
sequi, vide quod habes apud Castiodoriam, per platoniam  
posse intelligi marmoreas tabulas ad ornatum comparatas;  
æc proinde platoniam struere, nihil aliud esse, quam  
parietes marmoris tabulis incrustare. Sic & intelligen-  
dam, quod in eodem libro legitur de Liberio: Hic de  
platonis marmoreis ornavit splendorem S. Agnetis. In complu-  
ribus antiquis Romæ Ecclesijs adhuc videte licet eiu-  
smodi platonias impetisse. Quod pertinet ad Epitaphium  
ibidem ad Catacumbas incipit; idem in chartis ha-  
dennus consecratum, hic tibi integrum reddimus his ver-  
sibus:

Hic habitare prius sanctos cognoscere debes  
Nomina quos, Petri pariter Pauliq; requiris  
Dissepulos evicinis insit quod sponte fatemur  
Sanguinem ob meritum Christum per astra secuti  
Atheniensis patiere sinjs regnaq; pitorum  
Roma suos potius meruit deservere cines  
Hic Damasi vestra referat nona sidera laudis.

XXIV.

In eisdem Actis Damasi habetur, ab eo absolutam Ec-  
clesiam sanctarum virginum & martyrum Rufinae & Se-  
cundie in Sylia candida. Rufus de eodem in dicto libro  
de Romanis Pontificibus legitur, quæ illæ insuper corpo-  
ra sanctorum martyrum, atq; invenisse; necnon Cohel-  
ia martyrum (nempe, vralibi declaravimus in Notis, vbi  
plura sunt sepulchra martyrum, cæmetæra scilicet) ver-  
libas pariter illustrasse. Narrantur ibidè dona ab eodem  
collata basilicæ S. Laurentij, quam erexit in Titulum.  
Extant in citato codice alia Epitaphia indita alis sancto-  
rum Martyrum memorijs, quas siue ornavit, vel restituit,  
eodem volumine & compendens. & inter alia de Mauro  
pueto sic:

Martyri hic Mauri tumulus pia membra retentat  
Quem Damasi rector longo post tempore plebi  
Ornavit supplex cultu meliore decorans  
Insistentem puerum, cui pena mollis decessit. Sed & extant e-  
iusdem Damasi versus, quibus alias exornavit sanctorum  
Martyrum Ecclesias furore barbarico dissipatas, quas ip-  
se restituit, videlicet d:

Dum peritura Getæ possident castra sub vrbe  
Mouerant sancti bella nefanda prius  
Istasq; sacrolego verterunt corde sepulchra  
Martyribus quoniam vite sacra pijs  
Quos monstrante Deo Damasi sibi Papa probatos  
Affixo monuit carmine iure coli.  
Sed ferat tumulus consilia marmore sanctus  
Nec tamen hic iterum posse latere fuit  
Diruta Vrgilium nam mox hæc Papa gemiscens  
Hostibus expulsi omnes non aut opus.

Et de alia Ecclesia sua in agro Romano à Gothis demoli-  
ta tempore obfesse Vrbis:

Hic furor hostium templum violant iniquum  
Cum premeret vallo mania septa Getæ  
Nullum hoc potuit tenera arxia dextera gentis  
Hæc modo permissa est quod peritura fuit  
Nil grauat hoc tumulo sanctorum pectus hostium  
Materiam potius reperit alma fides  
In melius siquidem reparato salget honore  
Cum sceleris hostili creuit amor tumulus  
Suscipe nam gratis deuota munera mentis  
Diogenes martyr cui dedit ista volens  
Quisquis ad hoc templum petiturus dona recurrit  
Spes sibi sit larga est munere vera fides.

Insuper & de  
sanctis martyribus Felice & Adaeucto, eiusdem Damasi  
ibidem e:

O semel atque iterum vero de nomine felix  
Qui interuentus a fide contempto Principe mundi  
Confessus Christum calistia regna petisti  
O vere pretiosa fides cognoscite fratres  
Qui ad calum victor pariter properant Adaeuctus  
Presbyter in verum Damasi rectoro inbente.

Compositus tumulus sanctorum limina adorans. Sed & in  
tumulo Sancti Saturnini martyris via Salaria collocato  
hos versus incidendos curavit f:

Horum martyrum cultorum Damasi Episcopus seruum Dei  
Sola nunc Christi fuerat exarta cinis an...  
Tempore quo gladius secuit pia viscera matris  
Sanguine mutavit patriam namq; genasq;  
Romanam tuens sanctorum fecit origo  
Mira fides verum docuit post exitu ingens  
Cum lacerat pia membra fremit Gratianus vi hostes  
Postquam scilicet vomuit concepta venena  
Cognosce non potuit Christum te sanite negare  
Iste tuus precibus inuicem confusus abire  
Supplicis hæc Damasi vox est venerare sepulchrum  
Solare vota licet castasq; effundere preces  
Sancti Saturnini tumulus quia martyr hic est. Et de Pro-  
to, & Hyacintho martyribus ibidem Damasi g:  
Extremis tumulus latuit sub agere montis  
Hinc Damasi monstrat ferat quod membra piovum  
Te Proutum rector melior sibi regna coli  
Sanguine purpureo squeris Hyacinthi probatus  
Germani fratres animas vigentibus ambo  
Hic victor meruit palmam prior ille coronam.  
Item aliud.

Affixæ de consensu carnis mirabile factum  
Sanctorum monumenta vides pat facta sepulchris  
Martyri hic Proti tumulus licet atq; Hyacinthi  
Quem cum iam dudum tegete montis terra caligo  
Hoc Theodoros opus construxit presbyter instans  
Vt Domini plebem opera maiora tenerent. Sed profe-  
quamur reliqua ab eodem religiosa excitata edificata.  
Quid autem operis in basilica Vaticana idem Damasi  
egerit, sic sequens Epigramma declarat, quod affixum  
olim in pariete eiusdem basilicæ; in codice petuetusto  
excipitum extat inter vetera eiusdem Ecclesie monu-  
menta:

Cingebant lacus montem tenerosq; metatu  
Corpora multorum cineres atq; ossa rigabant.  
Non tulit hæc Damasi communem lege sepulchris  
Post seculum tristes iterum persolueret penam,  
Protinus aggressus magnam super are labor em,  
Aggeris in mensi decessit culmina montis.  
Intima sollicit per scrutans viscera terre,  
Siccant totum quequid manserant humos.  
Inuenit fontem, præbet qui dona salutis.  
Hæc coram Mercurio leuita fidelis.

Hic addatur item de fonte Damasi vetus Inscriptio his  
versibus:

Non hæc humano opibus non arte magistra  
Sed presbante Petro cui tradita ianua colit est  
Antistes Christi composuit Damasi  
Vna Petri Sedes vnam veramq; Lauacrum  
Vincula nulla tenent: Acathus votum soluit. Huic subdi-  
tur, quod demonstrat egregium ornametum ab eodem  
Damaso

a Castiod.  
Farras, l. 3.  
p. 9.

b Antiq.  
inscript. in  
Appt. pag.  
117. B. L.  
DE LOCO,  
VELIACV-  
BRE COR-  
TORA A-  
POSTOLO-  
RYM.

c Antiq.  
inscript. in  
Appt. pag.  
117. B. L.  
S. MAURI  
PVRI  
MART.

DE MEMO-  
RIIS MAR-  
TYR. IN  
SVBVRBIS  
d Antiq.  
inscript. in  
Appt. pag.  
117. B. L.  
e supra  
117. B. L.  
f GEMI-  
SCENS.

DE FELICE  
ET ADA-  
CTO MART-  
C. Antiq.  
inscript. in  
Appt. pag.  
117. B. L.  
S. MAURI  
PVRI  
MART.

\* Viliam  
que

DE PRO-  
TO ET  
HYACIN-  
THO.  
g Antiq.  
inscript. in  
Appt. pag.  
117. B. L.  
h supra  
117. B. L.

IONIBA-  
PTIUM IN  
VILIANO.

AD FOR-  
TAM  
h Antiq.  
inscript. in  
Appt. pag.  
117. B. L.  
\* recitat

QD IN ANASTASIA...  
Anastasia...  
Anastasia...  
Anastasia...

Damaso Papa in Ecclesia S. Athanasia positum, aliud Epithaphium his versibus:

*Amistis Damasus pictura ornata honore  
Tecta quibus nunc late pulchra metalla decus.  
Dimitte testatur pretiosus aula nitore  
Quos rerum effectus possit habere fides  
Pape Nilari maritu olim denota Seneca,  
Nec non Casus meus delicta ista Deo. Sed revertamur  
ad fontis ornatum positum in basilica Vaticana. Porro  
de eodem fonte baptismali Prudentius in Peristephano,  
cum agit de passione Petri & Pauli, deq; basilica Vaticana,  
hac habet:  
Dextra Petrum regio tellis tenet arcu receptum,  
Canens elina, murmurans fluente.  
Namsq; supercilio sacra liquor ortus, excitavit  
Fontem perennem christinatu seracem.  
Nunc pretiosa nit per memora, lubricatq; cliuam,  
Donec virenti succis & Culymbo  
Interior tumuli pars est, vbi lassibus honoris  
Stagnum nituali voluitur profundo.  
Omnicolor vitreas pictura superne pingit undas,  
Musci relucens, & vincta aurum,  
Cyaneuz, latex vincta amri abt inmentu oftri.  
Credas moneri fluctibus lacunar.  
Paster oues adit, ipse illic gelidus rigore fontis  
Vides fitee quas fluenta Christi.*

hac Prudentius, alludens ad amplissimum fontem baptismatis, qui nuper a Damaso constructus erat.

Porro alterius fontis in atrio positi situ curia sic describitur a S. Paulino, qui hoc etiam tempore claruit, atq; vidit. In Epistola n. ad Alerium b. de funere ab eo impenso Ruffina coniugi, filie Sanctae Paulae, cum agit de eadem basilica Apostolorum, hac habet: *Præsentis nitens atrio susa vestibulo est: vbi cantuarum ministras manibus & vultibus nostris fluenta nictantem fastigiatus solido are tholos ornata & immittat, non sine mystica specie quatuor columnis salientes aquas ambians, &c. declaratq; pluribus structuræ mysterium. Quæ omnia Damasi operi tribuuntur, cum ante ipsum aquæ disperse nullus vltus, sed detinenti essent mortuorum sepulchris, ipsi nimirum cemeterio Vaticano. Cæterum quod ad fontem baptismalem spectat, quem ipse extuxerat: illud in Actis eius miraculum enarratur, acceptum ex sermone habito in eisdem Damasi depositione: extat apud nos tomo quinto Vitarum sanctorum manuscripto; vbi auditor: *Nuper, inquit, res hac gesta est, quam saltem vidimus, &c. ait enim (vt rem paucis comprehendamus) Sabbatho Paschalis festiuitatis, cum compressio magna esset, baptismi tempore puerulum è manibus gestantis hominis lapsum, ad imago fontis delatum ab omnibus deploratum esse vt mortuum: cum autem Damaso oculos ad caelum eleuasset, ac pro ipso orasset, post horæ spatium puerulum iussa Damasi ex profundo aquarum vix eductum, iuuentum esse præter spem & expectationem omnium viuum lanuque, vt antea erat: tuncque ab vniuerso populo immensam Dei potentiam & Damasi sanctitatem magno præconio conclamantam fuisse.**

Sed rursus ad ea, quæ in d. 6o libro de Romanis Pontificibus de Damaso scripta habentur, revertamur. Quæ autem ibi sequuntur, appendicè potamus adiectam; quæ de Damaso dicitur, eius præcepto institutum, vt die nocteq; Psalmi in Ecclesia canerentur: quod plane falsum est. Sed fortasse aliqua potius forma ab eo præscripta fuit: etenim falso asseritur canentur psalmorum à Damaso instituta: siquidem ab ipso exordio nascentis Ecclesie viguisset in Ecclesia Catholica cum cantu diuina nocturnaq; psalmodiam, certum est. Equidem illud puto; quod ad psalmodiam pertinet, emendatum à S. Hieronymo Psalterium Septuaginta interpretum, à Damaso canendum Occidentalibus traditum: de ipso enim idem Hieronymus, in Apologia aduersus Ruffinum hac habet: *Psalterium quoq; etiam emendatissimum iuxta Septuaginta interpretis nostræ labore diuina Roma suscipit.*

Acceptis hinc S. Hieronymi lacubrationibus in Psal-

teriam Davidis Damasus laudem tanti Regis atque Prophete his cecinit versibus, quos reperimus in Bibliotheca Basilicæ S. Petri, Codice primo S. Hieronymi, qui continet expositionem eius in Psalmos. Habet eisdem Codex Vaticanæ Bibliothecæ; licet vtrobiq; admodum deprauati legantur.

*Versus Damasi in laudem Davidis.  
Nunc Damasi monitis aures præbete benignas,  
Sordibus depositis purgant penetralia carius,  
Curia cum veniant Christo seruire parati.  
Prophetam Christi sanctum cognoscere debet.  
Pastorem puerum multum è fratribus vnum,  
Angelus ex ouibus rapuit, regemq; dicitur.  
Organa qui seruet manibus componere solus.  
Psallere per citharam populo coacta regna.  
Ingentem, clypeoq; graui frustra, minantem  
Impium, malolicum, phalaras ac tela gerentem,  
Surdorum demens coheret qui templa Deorum,  
Mactant saxo terenti arcanumq; reliquit.  
Iudicioq; Dei ingenti mox eode peracta.  
Monstravit populi, tulerat qua ex hyfle tephæa.  
Nam Damasi scit sancte tuos, Deum, ipse triumphos.*

His subiunguntur S. Hieronymi versus, quos recitens, ad S. Damasum misit, habentes eos idem Codices, eiusmodi inscriptione.

*Versus Domini Hieronymi præbeteri.  
Psallere qui docuit dulci modulamine sanctos,  
Nouerat iste, docem legi qui verba dedisset.  
Quæ dignis citharam choristis rotulem, dicitur,  
Nominata vel signum numerum Graecis nota notaret.  
Credere quid dicitur? virtus rogat omnia Christi.  
Qui varias iunctis vno sub carmine linguas,  
Vt pecudes volucresq; Deum cognoscere possunt,  
Hic sensus est iuda, mentes qui mulcet amaras,  
Sic creatura peior tanto de munere gaudet,  
Offerat vt Domino, saluat quos gratia vocis.  
Quinq; sicut, veniat cupimus haurire fluenta.  
Inueniet lactice, seruam qui dulcia mella.*

Orat pro nobis beatitudo tua Beatissime Papa. Hic etiam quod ad Damasum spectat, non omittendum, S. Gregorium tradere, ex Hierosolymorum Ecclesia per S. Hieronymum Damasum accepisse, vt Romana Ecclesia concineret Alleluia: tunc enim hæc verba Gregorius: *vt Alleluia hic diceretur, de Hierosolymorum Ecclesia ex Beati Hieronymi traditione, tempore beata memoria Damasi Papæ traditur tractum, na ipse. Quod quidem non sic accipiendum est, vt tempore Damasi cum creptum sit Romæ Alleluia, sed vt caneretur extra Paschale tempus, vt idem Gregorius supra declarat: nam huius vocis vnum Romæ perantiquum fuisse, certum est: siquidem S. Augustinus à non recentiori vsu; sed antiqua traditione ab Ecclesia Catholica toto Orbe diffusa, Alleluia cantari solitum tradit. Cæterum peculiarem quendam eius vocis vsum ab Ecclesia Hierosolymitana Romanam Ecclesiam mutuatam esse, possumus ex verbis Gregorij intelligere: eius enim vocis vltus diuersas fuisse consuetudines, idem S. Augustinus ad Ianua: tam scribens affirmat: eisdemq; alibi f tradit, certis tantum diebus moris fuisse solemni ter decantari: diebus autè Quadragesimæ ab eo cantico cessari solitum, alibi docet. Sed habetur Apocrypha illa Hieronymi nomine ad Damasum Epistola, qua dicitur, vt Alleluia Psalmis omnibus assigatur.*

Quod autem de his ad Romanam Ecclesiam consuetudinem pertinet: hallucinatur plane Sozomenus h. d. m. air, in ea non nisi semel in anno cantari solitum Alleluia: nam Vigilantium hæresiarum eius institutionis auctorem fuisse, conatumq; eam Hierosolymis introducere, testatur Hieronymus in eo, quem aduersus eundem Vigilantium scripsit commentarium. Cæterum Romæ hinc temporibus Damasi & successorum adeo frequentius vsum vocem fuisse receptam liquet, vt etiam in Ecclesia caneretur: in funere defunctorum: tradit id sane idem S. Hieronymus in Epist. l. 10. Fabiola, vbi ait de funere: *Sonabant Psalmi, & aurata tella templorum rebans in sublime quaterebat Alleluia.*

XXV.

b. Paulus, ep. 31. fons a-trix basilicæ vaticana.

XXVI.

XXVII.

XXVIII. DE ALLELUIA.

c. Greg. li. 7. ep. 61.

d. Aug. in Psal. 100.

e. Aug. ep. 119. & 17. f. Aug. in Psal. 106. g. Idem in Psal. 110.

XXIX. h. Soz. li. 7. c. 19.

i. Hier. ep. 30.



Alleluia, dum scilicet age: tunc Fabiola exequit. Extra Ecclesiam vero adeo frequens & peculiaris omnibus ista vox, ut ipsi etiam infantes in eius sonum linguam primum solvere docerentur, quod monstrat S. Hieronymus, cum de filia Paula ad Letam matrem scribens, tradit infantulam ore balbutiente cōsueuisse occinere Alleluia. Sic & Hierosolymus in omnium pium ore Alleluia fuisse, ut a grieco etiam loco sacularium cautionum laboris molestias eo cantico alleuaret, idem affirmat h. eius quoque vocis symbolo solitos conuocari monachos ad synaxim, alibi tradit.

**XXX.** C. Atq; demum, ut rursus ad Damasum reuertatur, h. e. ibidem leguntur ad calcem: *Hic fecit ordinationes in Vrbe Roma quinque per mensem Decembrem, presbyteros creauit triginta & unum, diaconos pndecim, Episcopos per diuersa loca numero sexaginta duos: Quos etiam sepultus est via ad atrina in basilica sua tertio Idibus Decembris iuxta matronam & germanam. Porro inde translatus fuisse in Ecclesiam S. Laurentij ad Theatrum Pompeij, quae dicta sunt superius, docent. Cessasse autem Pontificatum dies triginta & unum, ibidem aequè legitur, quam obrem subrogationem Siricij successoris non ante sequentem annum contigisse apparet: agemus ergo de ea suo loco.*

**XXXI.** Ad postremum autem hic subiicimus tibi eiusdē Damasij Epitaphium, quod ipse viuens tibi cōscripsit, pium & laudabilem est ipsius ex perpetuo Codice Bibliothecae Treuenticae Ecclesiae S. Petri. Exscriptus illud Christophorus B. Colophensis, Societatis Ies. v. professor, Romae vero ad nos misit Nicolaus Secanus eisdem Societatis professor, hanc inscriptionem praenotatam.

*Epitaphium Papae Damasij, quod sibi edidit ipse,  
Qui graecicus, pelagi stictus compressit amarus,  
Vincere qui praesat, mortuaria femina terra,  
Soluere qui potuit Lazarus sua vincula, mortis  
Post te, vobis, fratrem post te, vobis, lumina solus  
Ad suam vitam Maria donare forori.  
Post carere Damasum facit quia surgere, credo. Rursum  
Vero de loco iuxta sepultus apud S. Martyres collocaud,  
Nisi ipsum reuerentia absteruisset, extat eiusdem Damasij  
eiusmodi Inscriptio d:*

*Hic congrega tacet quibus sit turba piorum  
Corpora sanctorum viment veneranda sepulcra  
Sublimis animae rapuit sibi regia caeli.  
Hic Comes Xysti portans qui ex buste Trophaea  
Hic numerat procerum seruat qui altaria Christi  
Hic postius longae vixit qui in pace Sacerdos  
Hic confessor sancti quos Graecia misit  
Hic iuuenes puerique, senes castique nepotes  
Qui magis virginem placuit retinere pudorem  
Hic fateri Damasus voluit neca condere membra  
Sed cinerestimui sanctos vocare piorum.*

**XXXII.** Hoc eodem anno S. Augustinus, ut ipse testatur, & Symmacho Praefecto Vrbi, cuius functionem hoc anno contigisse monstrauimus, Mediolanum apertendi causa ibi ludum literarum, & doctendi rhetoricae, instituit. Accepit libenter eam occasionem, quod docens in Vrbe discipulos parum fideles nactus esset: quippe admodum illiberaliter, cum tempus adueniret, perfoluerat mercedis, simul conspirantes nonnulli ex ipsis, effecti disertiores, ad alium doctorem se conferrebat. Porro eius Mediolanum aduentus non solum praefectura Symmachi consignatur, sed etiam Consularibus Fastis. Siquidem contra Perilianū agens & affirmat, Mediolanū venisse ante Consularium Bautonis, qui anno sequenti contigit. Sed & ex annis aetatis eiusdem Augustini id etiam exploratum redditur; nam cum alibi dicat h. e. tunc fuisse annorum triginta adhuc, & errore Manichaeorum detentum; ex praecipua quidem superius annorum Augustini Chronographia: plene deprehenditur, annum aetatis eius trigintimum inchoari cepisse hoc anno Domini trecentesimo octuagesimo quarto. Sed videamus, quid ipse de sua Mediolanum prof. ditione conseruat.

**XXXIII.** Postquam, inquit, missum est a Mediolano Romam ad Praefectum Vrbi, ut illi civitati vrbosica magistrus promitteretur, in-

perita etiam emelione publica: ego ipse ambui per eosdem ipsos Manichaei vauitibus elros, quibus et carcere abam, sed utique nesciamus, ut ditione propofita, me praebatum Praefectus tuos Symmachus mitteret. Et veni Mediolanum ad Ambrosium Episcopum in optimo notum Orbi terra, pium cultorem tuum, cuius tunc eloquia fenead ministrabant adspem fruuenti tui, & latticum olei, & sobriam vini vrbosicateni populo tuo. Ad eum autem ducebatur ab te nesciens, ut per eum ad te scirem duceret. Suscepit me fraterne ille homo Dei, & peregrinationem meam satis Episcopalia dedit. Et cum amare capio quidem non tanquam doctorem verum, quod in Ecclesia tua praefectus deservam, sed tanquam hominem benignum in me. Et studiose audiebam disputantem in populo, non intentione, qua debui, sed quasi explorans eius sciendiam, vitium comeniret fama sua, an mater, minoris profueret, quam predicabatur: & verbis eius suspenderat intemus, rerum autem incursio su & contemptor astuta, & delictabat suauitate sermonis, quamquam eruditioris, nimium tamen hilaritatis atque malectis, quam fasti erat, quod attinet ad vrbosici modum. Ceterum rerum ipsarum nulla comparatio: nam ille per Manichaeos fallacias aborabat, ipse autem saluberrime docebat salutem. haec sunt Augustinus de suo Mediolanum aduentu, & cum Ambrosio consuetudine: cuius concionibus paulatim est mollitus.

Profecto vero adeo Augustinus, ut quos ante errore duci deprehendisset, iam Manichaeos penitus detinere animo deerecruit, non tamen vobis id fieret Christianum, sed ad Academicos se conferret: namq; statu S. Monica mater eius, affectata veltigia filij, Mediolanū veniens ipsum inuenit, plurimumq; gaudio est, iam praecedens fore etiam aliquando Christianum. Adhaerentem Augustino gentiles eius, Alipius Hipponensis, & Nebridius patria vicina Carthagini oriundus: eorum prior Romae ab Augustino inuentus, vna cū ipso Mediolanum profectus est, posterior ea de causa, relicta Africa, Mediolanum se contulit, ut eum eodem Augustino conueneret. Deducbat interea Alipius eum ab vrbosice duenda. Romanianus quoque municipis Hipponensis (ad quem Paulini extant literae) archae consuetudinis vbi eisdem Augustino proxime accedebat. Cum inter haec eius cōcubina in Africam, vnde venerat, redijt, relicto illi filio, quem ex eo susceperat, Adeo dicit, quib. solutus ille vinculis, è tenebris paulatim in lucem cepit emergere.

Interea autem Monica sanctissima femina pro filij salute sollicita, frequens in sacris conuentibus atq; assidua in Ecclesia erat. Tunc accidit, ut cū epulas ferret ad Memoriam martyrum (quae erogari solebant in cibos pauperum, qui in Ecclesia in martyrum natalibus ad Agapen conuocabantur: id non tantum in Africa fieri solitum erat, sed Romae quoq; in memoriam defunctorum, ut apparet ex Epistola Paulina ad Aleium scripta) argueretur ab Ambrosio, qui correxerat id Mediolani: cuius exemplū, docete postea Augustino, Africana Ecclesia secuta est, & Oriens didicit a Laodiceo Concilio. Ceterum quam citissimè sanctitas Monice Ambrosio innotuit, de qua sermone habens cum Augustino congratulabatur eidem, quod sanctissimam feminam matrem haberet: A qua rogatus de ieiunio Sabbati p. sic Ambrosius ipse respondit, ut aliarum Ecclesiarum consuetudini non detrahens, suam seruaret, Sabbatoque ieiunaret, dum Mediolani esset; Romae autem dum moraretur, Romanae seruaret Ecclesiam consuetudinem, quae summa coluit obseruantia: nam de his aliquando agens, haec addit verba q: *In omnibus capio sequi Romanam Ecclesiam. Ceterum eiusmodi rituum diuersitates non improbari in eis, qui vna fide Catholica coniunguntur, S. Augustinus pluribus docet in Epistola ad Ianuarium.*

Cum igitur (ut ad ipsum Augustinum redeamus) & Manichaeis ipse laudabiliter desecisset, Platonicis se dogmatibus totus addixit, coluitque summopere Academicos. Vigebat tunc temporis & magna estimationis erat apud plurimos Gentiles Philosophi, praefertim vero Academici; qui quasi soli essent, qui vniuersum mundum veritatis luce perfunderet; quicquid apud alios reperiri posset consentaneum veritati, id à se ipsorum Philosophia acceptum esse inaniae tantia gloriae tolerent: & eo v-

AMBROSII BEA AVGVSTINI VM DE N IORVA

XXXIV. Aug. Conf. lib. 1. c. 14. AVGVST. TRANKIT AD ACADEMICOS. Aug. Conf. lib. 1. c. 14.

in lib. 1. c. 14. 14. 15.

XXXV. MONICA VENIT MEDIOLANUM. Aug. Conf. lib. 1. c. 14.

Aug. ep. 14.

Aug. ep. 14.

Aug. de ieiunio. c. 1. c. 1.

XXXVI. AVGVSTINI RESISTIT ACADEMICIS.

XXXVII. AVGVSTINI RESISTIT ACADEMICIS.

que pro-

que protigra est eorum temeritas, ut palam effusentur a Platone Christianos acceptis de fide sententias, quas Esangelista Ioannes sua narratione exordio profonibus expolisset pro miraculo omnibus contemplandas. Occurrit quam primum pesti huic grassanti S. Ambrosius, qui aduersus A. Augustinum eodum illic disputans, eos fortissime erroris redarguit, eius libros contra Platone Conscriptos idem S. Augustinus magno opere celebrat: erat eorum librorum titulus, De Sacramentis, sine de Philosophia: quos idem S. Augustinus in Africam reuersus mitti ad se a S. Paulino petit. Hic status erat hoc anno atque sequenti ex parte rerum Augustini, cum inter Academicos sedulo profiteretur: apud quos nihil inueniens affimari certi, aequo desperans de veritate apud eos inuenienda lassus iam, multorum annorum criticis indagande veritatis causa exul effectus, quam depererat fidem Christianam, in eam conuicere cepit oculos ipsum attentius contemplans, nam quae in ea essent, solida firmitate subsisterent. Sed quam egregie has ipse sui animi afflictiones depromat, audi e:

Et ego maxime mirabar satagens ac recedens, quam longum tempus esse ab videri gestis animo a tunc meo, quo ferere caperem studio sapientiae, disponens a inuentura relinquere, omnes vanarum cupiditatum spes inanes & infans mendaces. Et ecce iam tricenariam aetatem gerobam in eodem luto hesitans, & paulo post: O magni viri Academici, nihil ad agendam vitam certi comprehendere potest. Ino quae animi diligitur, & non desperemus. Ecce iam non sunt absteria in libro Ecclesiasticus, quae absteria videbantur, & possunt aliter atque honeste intelligi. Firmam pedes meos in eo gradu, in quo puer a parentibus positus eram, donec inueniatur perficius veritas, &c. Accidit plane Augustino, ac si quis e portu solvens, vndique ventorum turbidibus exortatus, iactetur vndique fluctibus: qui diu obectans, omni spe prosperae navigationis amissa, nihil sibi consilii accidere posse intelligit, quam si ad portum, vnde de soluerat, reuertatur: ita nepe qui a decimo nono (vt ait) anno veritatis indagande cupidus, nobilissimam ingenii vela panderat, Manichaeorum status impetu raptus, ex eo obfusis diu caligine & in incerto errans, aduertit tandem se longe longius a portu, quem quaesierat, veritatis abesse; a quo & remotius aberat, cum imprudens Academiam quaesierat: sed cito sentit, quod non veritatis portus, sed re vera statio tantum esset male fida carinis. Quam obrem magno desiderio illum eupere ac quere portum bene coepit, vnde male soluisset ac licet sero, nouit tandem vere illum veritatis nullissimam mansionem, in qua primo aetatis adultate tempore veritatis erat idum (vt ipse testatur) a parentibus traditus est Ecclesiae, factique catechumenus. Quoniam modo autem perfecte postea fuerit affectus certam veritatem, dicemus anno sequenti.

Quod vero ad res pertinet Orientis: Theodosius Imperator haereticos saepe damnatos, saepeq; pulsos, iterum reuertentes, seque Fidelium caedibus in ciuitatibus insinuantes recenti lege prohibet, ita referens hoc anno ad Cynegium Praefectum Praetorio e: Euanoniam, Macedoniam, Arianam, necnon Apollinariam inter sacra religionis officia pro suis erroribus famosa sunt nomina. Omnes itaque qui hanc professionem vel pontificium sibi vel ministerium vendicauerunt, quae se suis nominis adserunt sacerdotes, quos, in crimine a religione ministerium sibi nomen imponunt, qui docere se dicunt, quod aut nascere, aut discere se de deo coepit, omnibus huius vrbis lateribus indagine explorare persequitur, sine vlla gratia interventione pellantur: in alijs locis vnanime, ac penitus a bonorum congressibus separantur. Dat. XII. Kal. Februarij, Constantinop. Richemero & Clearcho Coss. Huius quidem iterum sanctendae legis auctor Theodosio fuit Gregorius Nazianzenus, qui licet absens, tuncq; paterno Arianis solitariam vitam ageret, tamen hand potuit oblitisci plantatae a se vineae, Ecclesiae scilicet Constantinopolitanae; quam cum accepisset, dormitante Nectario eius Episcopo, ab haereticis proculcari, ad ipsum Nectarium non sine stomacho eiusmodi literas dedit f: De vna & prouidentia, quae ante tempora nostra Ecclesiam tuam solebat, vitam hanc defuisse in vniuersum videtur. At multi cala-

mitatib. ita demersa & obruta est anima, vt priuata vite mea molestias nec in malorum quidem numero habeam (tot alioqui tamque graues atque acerbas, vt si cui alij accidissent, intolerabiles viderentur) verum ad solas Ecclesiae afflictiones respiciam: quibus sanandis, nisi hoc tempore cur a aliqua adhibeatur, in omnimodam desperationem sensum rei prouoluntur. Qui Aris. sine Eudoxij haereticum profitemur, haud cito, a quo in hanc amentiam audaciamque perpulsi atque incitati, velut libertate quadam arrepta, morbum suum insolenter assentant, Ecclesiam colloquentes, quasi ex permissu hoc facientes, haec Gregorius, plane illud significans, quod Theodosius in recitato edicto postea interuixit nimirum eo procaecia haereticos petuente, vt in sua ipsorum ostentanda doctrina iactarent, de deo coram esse nescire, quae ipsi docerent. Et quod addit, eos ita procaeciter haereticum propalare, quod illis hoc facere permissum esset; ad id sane respexit idem Imperatoris edictum, verbis illis: Sine vlla gratia interventione pellantur. sed subdit Gregorius ad Nectarium de aliis in edicto nominatis haereticis:

Macedoniam autem scilicet contententes, eo temeritate & vesania proruperunt, vt Episcoporum nomen sibi ipsi adiscant, atque in hoc loci apparant, capatque exerant, Eleusium sua electionis auctoritate garrulantes, hos plane Theodosius eodem edicto fugillat, dum ait eisdem sibi pontificium ac ministerium earum professionum vendicasse. Sed de aliis haec addit Gregorius: At vero in istum nostrum malum Euanonius paritiam habet quoquo numero esse: verum nisi omnes in perniciem suam exitumque pertraxerit, detrimenti loco dedit. Atque haec tamen ferenda. Quod autem ex omnibus Ecclesiasticis calamitatibus acerbissimum, Apollinariae licentia est: quos haud scio, quoniam modo pietas tua conuictum a quo ac nos habendorum auctoritatem sibi arrogasse atque usurpasse, passus fuerit. Quamquam autem omnino Dei beneficio mysterium diuini instituti & eruditus, non modo recta doctrina patrociniis nostri, verum ea etiam omnia, quae aduersus sanam & Orthodoxam fidem ab haereticis excogitata sunt: honorificentiaq; tamen tuam a tenuitate nostra certior fieri, haud quamquam intemptatum fuerit, mihi in manibus esse libellum Apollinariae, in quo ea, quae astruntur, haereticum ementem peruersitatem excedunt. Affirmant enim, &c. capita haereticis Apollinariae retextit, quae nos superius recensuimus; atq; demum haec addit: Prouide si his, qui talia sentiunt, equis habere liceat: illud velim cogit & expendat ita in Christo illustri prouidentia, quod cum nobis eam eorum dogmatibus non conueniat, certis habendi illis potestatem factam esse, nihil aliud esse, quam eorum doctrinam nostra veritatem existimare. Nam filius, vt pius & Orthodoxus, ea, quae sentiunt, docere, libereq; promulgare permittitur: qui non videt doctrinam Ecclesiae condemnari, perinde ac veritate ab illorum partibus flante? Neque enim verum natura fieri, duas de eadem re doctrinas contrarias esse veras.

Quo modo igitur excessu ac praesans animi tui ad tanti mali depulsionem & correctionem consueta libertate non rei sustinuit? Verum, etiam si nondum hoc factum est: nunc saltem inuinit ab illi tua omnibus numeris absoluta virtus excutitur: penitentiamq; Imperatorem docat, nihil ex reliquo ipsius erga Ecclesiam studio reditutum esse: vilitate sitale malum ad fidem sanae confessionem per eorum libertatem licentiamq; praeualeat. haec tenus ad Nectarium Theologus, Putamus quidem ipsum cum illisdem a Gregorio scriptis literis Theodosium contemisse quibus ille permotus, ea, quae diximus, ad Cynegium Praefectum Praetorio festine referent: etenim ex Gregorii literis illud videtur summam resecipit esse collectam, nisi quod loco Euanonii habet Eudoxium, quod hic notior esse Constantinopoli, ubi Episcopus diu sedisset, Euanonio iunctus sedere impietatis.

Ceterum ipse Gregorius virtute praestans, qui ceteri statu humilis, tamen tanquam e celsiori loco vibratae caula in deliquentes, cum occasio opportuna daretur, minime praetermisit, non haereticos solum Ecclesiae Catholicae perduelles, sed & Ecclesiae quoque filios prauitate morum a disciplina Ecclesiastica abetretas euerent. Cum enim (vt vel vni de his hic reddamus exemplum) accepisset Eleusium Praefectum sibi familiaritate conuictum, ab Ecclesiastica ieiunium institutum praetermittere, vt grauis offensae reum, ad ipsum scribens g, ita redarguit: Excepi te etiam tacens, vt silentij quoque sermonem esse intelligas per calumniam se

CITAT NICTARIVM ADVERVS HAERETICOS:

XI.

XLI.

XLIi. GREGOR. REDARGVIT PRAEFECTVM NON INIIVANTEM.

Gregor. Nac. p. 74.

a Aug. de doct. Chri. lib. 2. c. 51. & contra Iulian. Falg. c. 7. Aliq. Rer. lib. 2. c. 4. b Aug. ep. 84. c Aug. Conf. lib. 6. c. 11.

XXXVII. AVGVSTINVS IN VBI VRANVS RIDIT AD PORTVM.

d Aug. de vilit. cre. lib. 2. c. 8.

XXXVIII. THEODO- SII EDICTVM CON- TRA HAERETICOS. c. 7. de ha. rie. Cod. Theod. s. hie Ricimer.

Gregor. Nac. ad Nectar. XXXIX. GREGOR. NAC. IX.



profertem. Inquit autem, quia & amicitia nostra & divini iudicii temporis continent. Legibus invariatis facti, iudex, qui non iuratis. Et quo modo leges humanas servabis, qui divinas contempsisti, ac pro nihilo ducis? Purga tribunal tuum: ne ducam alteram tibi accidat, ut aut malus factus, aut existimeris. Facta spei acula proponere, se ipsam tradideris est. In summa, d. iudex, futurum scito, ut iudicaris & iudicem peccabis. His nihil melius habebam, quod tibi preberem. haecenas Gregorius: ex quo intelligis, quam graue piaculum duceretur, ieiunia lege Ecclesiastica in futurum violare. Cuiusnam, rogo te, tuius tu credas, lector, sanctissimi ac doctissimi Patris talia affirmanti, & ea de causa Peccatos cor. iipienti, an apostatis Christianorum foribus ieiunia Ecclesiastica dissoluentibus, & cuiusq; arbitrio eadem relinquentibus? esto mihi iudex: certe mihi non alius quam Gregorius Deus est, atque Gregorius ipse magister. Reliqua vero de Gregorio in eius ex hac vita discessu inferius dicenda erunt.

XLIII.

a l. de con. trib. emp. C. Theod.

b Exerat. l. 5. c. 11.

XLIV.

c Sacrat. l. 5. c. 10.

d Theod. l. 5.

e Martyrolog. Rom. an. 414.

Sed quid praeterea hoc anno Theodosius? cohibuit Indeos mancipia Christiana habentes, eademq; ad ipsorum superstitionem adducentes a. Hoc etiam anno, mensis Septembris, sub isdem Consulibus, eundem Theodosium auctum esse filio ex Placilla coniuge, cui nomen, Honorius, inditum fuit, auctor est Marcellinus in Chronico, necnon Socrates b, qui idem affirmat. Quo pariter anno, paulo ante natum Honorium, defunctum ait Agellum Episcopum Notatianum, & quidem etate decrepitem, cum memoria sit eum iam fuisse Episcopum tempore Niceni Magni Concilii.

Sed ipsum etate certum est, cum non nisi annos quadraginta illius sedi tribuimus quem constat ex his, quae tomo tertio superius dicta sunt, iam tempore Niceni Concilii praefuisse suis Notatianis Episcopum, anno nimirum Domini trecentesimo vigesimo quinto, oportuit eum vel minimum annos seculi sexaginta. Suffectum fuisse ex eiusdem Agelli sententia Marcianum, idem Socrates c doctus tenuisse que sedem vsq; ad annum Domini trecentesimo nonagesimo quinto, quo Rustini mors contigit ipse demonstrat. Magistrum hunc fuisse filium Valentis Imperatoris, idem tradit. Longe vero ab hoc diuersus existit Marcianus presbyter & oecumenicus Ecclesiae Constantinopolitanae, licet & ipse aliquando Nouationis inhaesisset, qui claruit temporibus Leonis Imperatoris, de quo suo loco dicemus. Porro vixit his ferme temporibus Marcianus altus sanctissimus monachus in Syria apud Cyrum ciuitatem, de quo plura Theodoretus d in libro sanctorum Patrum Deum amantium, cuius natalis dies memoria perpetua consecratus, quarto Nonas Nouembris, in tabulis Ecclesiasticis perueniat e.

IESU CHRISTI

Annus 385.

SIRICII PAP. VALENTIN. 10. IMP. ANNUS 1. THEODOSII 7.

L. AVGVST. ORAT. CO. RAM VALENTINIANO f. Aug. aduers. lictor. Peril. lib. 3. c. 25. p. August. Conf. li. 6. c. 6.

CHRISTI anno trecentesimo octogesimo quinto Arcadius August. & Bauto creati sunt Consules, ille Constantinopoli, Mediolani autem Bauto: in cuius ingressu Augustinus panegyricam habuit orationem, & ipse testatur scribens contra Petilianum, his verbis f. Cum ego Mediolanum ante Bauto nup. Consulem viderim, eoque Consuli Kalendis Ianuarij tandem in tanto conuentu confectum que bonum pro matrem hitorica professione recitarem, &c. cuius orationis occasione idem alibi statum praesentis temporis suae animae etumosa deplorat, haec dicens g. Inhibebam honoribus luctu, coniugio: & tu irreddebas (Deum enim alloquitur) Patrebat in meo cupiditate amare simas difficultate, te propitia, tanto magis, quanto minus sineas mihi ducere, quod non eras tu. Vile cor inueni, Domine, qui voluisti, ut hoc recordarer & confiterer tibi. Num tibi inbare anima mea, quam de visco tenui tenaci mortis erigisti. Quam misererat, & seipsum vulneru tu

pungebas, ut relicta omnino non exerceret arte, qui es super omnia & sine quo nulla esset omnia: conueteretur. & sanaretur. Quam ergo miser eram, & quomodo egisti, ut sentirem miseriam meam de illo, qui cum pararem recitare Imperatoris laudes (eo enim argumentum dei panegyrici in auspicio Confessus conlueuerant) quibus plora mentora, & mentem sauetet ab absentibus, easque curam anhelaret cor in cum & cogitationum tabificarum febribus assuaret: transiit per quendam vicum Mediolanensem, animaduersi pauperem mendicum, iam erida futurum, in antem atque letantem: & ingenium, & locum sum cum amicum, qui mecum erant, multos dolores infamiam nostrarum: quia omnibus talibus conatibus nostris, qualibus tunc laborabam, sub stimulo cupiditatum erabes infestitatu meo facerem, & trahendo exaggerans, nihil vellem aliud, nisi ad scaram letitiam peruenire, quo nos mendicus ille iam percipisset, nunquam foret illic venturus. Quod enim tam ille patulo & mendacitatum nullis adeptus erat, ad hoc ego tum arduos anfractibus & circuitibus ambiebam adletum felicitatem temporali felicitate. Non enim verum quiddam habebat: sed & ego illi ambitionibus multo falsus querebam. Et certe ille laudatur ego anxius eram, fecerunt ille, ego tepidus, haec de se ipse. Certe quid est rhetorici literis adeo ex cultus erat, vsq; ipse ille doctus, dicendo tamen publice, in tanto praesentem audito. io, haud affluere erat: unde timendum magno ipsi manabat oculo, excidit oratio illa, & quidem purgata in ipsum prudentiorem effectum seidisse, quam ferret mendacis ex adulatione contentam.

Porro hoc anno ipse Augustinus profus liber a Manichaeorum delictis & infortiis, otis erant in perficiendis Academicis quaestionibus, sed ducens viram (vt ait) peccatis obnoxiam, de finibus bonorum & malorum differbat cum collegis Alipio atq; Nebridio. Iam vero & Mathematicorum quoque vanitatem abiecerat, & ab ea inanis scientia alios auocare conabatur, inhaerens Platonem, quem Victorinus haud pridem in Latinum conueterat; cui plus a quo se tribuisse, postea fuisit est b: perit ferq; ipse (vt ait) in illis, nisi Dominus praesto fuisset, ad quo & didicit veritate, quam per Apostolum Paulum in cor eius Spiritus sanctus in illi laudatq; vt periceretur, fuisse ad Simplicianum & vitium emundum Dei sacerdotem sanctum accedere, tamen affirmationis & reuerentiae hominem, vt pater putaretur Ambrosii (ipsum enim Ambrosium adire, & prolixius eum eo agere, obtinguerat illius negotia, impossibile videbatur) ad quo cum multa alia, tam Victorini, quam superius recensuimus, conuersionem didicit: quam mox animo exaruit ad imitandum l.

His accessit opportunus occasio a Deo parata; nam contigit cum Pottiano Afro in curia militante habere sermonem, discereq; vitam Antonii Magni, ex qua adeo duo vii nobiles Agentes in rebus profecerant; vt relicta sponsus, vita delegerint solitariam. Erat tunc aens Augustinus aetatis annos triginta & vnum, vt ipse testatur n, quando perfecte ad Christum conuersus est, cum illud affarus ingemiscens in horto: Staremi indolli & celum rapiunt, & nos in doctrius nostris sine corde ecco vbi volutamus in carne & sanguine. cum & illud audire: Tolle lege, lece donecne Pauli Apostoli, radius illustratus Spiritus, quid sibi esse agendum, plene didicit p, cum de suscipiendo sacro baptismo certum, firmumq; consilium in se, deq; vita casta & negotiis saeculi remota sectanda firmarit propositum stabilit. Sed & de relinquenda schola, in qua publice rhetoricam profiebat, animo decreuit, opereq; firmavit q, atque post sequentem annum oblata occasione vindemialem feriarum, fecit in villam Verecundi grammatici, Cassiciacum dictam, vna cum matre de filii victoria exultante, atq; Alipio amico carissimo. Ibi cum moraretur, scripsit tres libros contra Academicos r, de Vita beata commentarium s, librum de Ordine t & Soliloquia u, vt ipse testatur. Dicebat autem libros contra Academicos Romaniano praedicti cini Tagathesi, cuius diuitis a pueritia adiutus fuerat, cupiens amicum de se adeo benemeritum ad veri cognitionem adducere. Scripsit, inquam, haec ipse, antequam teneretur, vt testatur x.

Ceterum nequaquam eodem anno Mediolanum rediit,

II.

h. Aug. l. 1. c. 1. b. Aug. l. 1. c. 1. c. Aug. l. 1. c. 1. d. Aug. l. 1. c. 1. e. Aug. l. 1. c. 1. f. Aug. l. 1. c. 1. g. Aug. l. 1. c. 1. h. Aug. l. 1. c. 1. i. Aug. l. 1. c. 1. j. Aug. l. 1. c. 1. k. Aug. l. 1. c. 1. l. Aug. l. 1. c. 1. m. Aug. l. 1. c. 1. n. Aug. l. 1. c. 1. o. Aug. l. 1. c. 1. p. Aug. l. 1. c. 1. q. Aug. l. 1. c. 1. r. Aug. l. 1. c. 1. s. Aug. l. 1. c. 1. t. Aug. l. 1. c. 1. u. Aug. l. 1. c. 1. v. Aug. l. 1. c. 1. w. Aug. l. 1. c. 1. x. Aug. l. 1. c. 1. y. Aug. l. 1. c. 1. z.

III.

q. Aug. l. 1. c. 1. r. Aug. l. 1. c. 1. s. Aug. l. 1. c. 1. t. Aug. l. 1. c. 1. u. Aug. l. 1. c. 1. v. Aug. l. 1. c. 1. w. Aug. l. 1. c. 1. x. Aug. l. 1. c. 1. y. Aug. l. 1. c. 1. z.

IV.